




VIII
CAVICE
OPUSCUL
111
INCUNABULI
L
6
19
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze
S. L.
ET A











a

Maximo humanæ imbecilitatis Simulachro fortunæ bifronti Vita Petrimariæ de rubeis Viri illustris per Iacobū cauiceū.

[P]ETRVS Maria de Rubeis parmēsis: comes Berceti ac Turisclaræ conditor patrem habuit illum Petrum: Qui relictam suo generi a Cæsaribus Parmam comite Sfortia attēdulo Otonis tertii furore uessano: & tirannide liberauit: Et ut conflatam in se inuidiam euitaret modo Syriā modo Gallias: & utrāq; hispaniam peragrauit: Pulso tandem per Philippummariā Ducem Insubrum Rolando Palauicino cum complicibus domum reuenit: Filiāq; Guidonis Torelli: Classis Philippi contra Alphonsum Aragonum Regem imperatoris Antoniā: Petromariæ annos nato quindecim nuptum dedit: Ex qua filios utriusq; sexus nouem genuit: Beltrandum uidelicet Franciscū Ioannem: Iacobum: bernardum: & illū Guidonē qui gratia & auctoritate apud Venetū plurimum potuit Mariam Blanchā Leonoram: & Donellam uirgines: Quinquies sub Philippo non minus sapienter q̄ strenue meruit. Partes Abduæ (Quo tempore bellum inter Venetum & Philippum estuabat) accerrime rexit: gubernauitq;. Cremonā contra Frācischum Sfortiam Veneto confederatam oppugnauit. Philippus a Veneto ad extrema deductus Franciscum Sfortiam generum piceno imperantem: Iam Nicolao picinino perusino de medio sublato: tanti belli designatum imperatorem ad se accersit. Intereundum Philippus uita functus est. Illico leges æmiliæ & Liguriæ redditæ sunt. Postridie Placentia & Laude ad Venetum defecere: Metropolis quo liberior ad tutandas conseruandasq; leges foret arcē portæ Iouis funditus euerti iussit: Et delecti ciues populo iura ministrabant: dabantq;: Legatosq; ad finitimos dedit ineundi fœderis gratia. Parmæ Aemiliæ ciuitati ea postulatio placuit: perplacuitq; orante Nicolao Arcimboldo elloquentiæ auctore certissimo. Dum hæc aguntur Dux Sabaudiæ (ad quem iure testamenti regnum spectare uidebatur) Oratores qui omnia quæ Philippi fuerant peterent dessignauit deditq;. Subiratus Senatus ea postulatione minus pie comi-

Petrusmaria rubeus
Othōis tercii Tyrānis
Petri rubei pegrinatio
Guidonis torelli Parmē. Antonia
Petrimarie rubei & Antoniæ filiorum noīa
Bellū inter Philippū & Venetum
Franciscus Sfortia Philippi gener
Philippi ducis Mors
Placētiæ & laudæ defectie
metropolis libertas
Dux Sabaudie



111

Subirati me diolanen.
Boſchū
Barthlūs co leo
Heſtor fa-uétinus
Petruſma-ria exercitū conflat

terq; eos remiſit. Indignatus dux exercitū potentē militiæq; aſ ſuetū īmiſit: Et apud boſchū Alexādriæ minoris caſtellū loca- uit: Vbi oīa igne: ferro: & præda debacchata ſunt. Hoc pculſus Senatus Bartolomeū Coleoné (Qué falſo accuſatum ī uincula coniecerat Philippus Vnaa cū Heſtore Fauētino) Illius belli im peratoré deſignat: Qui accepto militari exercitu ad Terdoná q̄ to cicius cōtēdit: ubi ſtatas & milité firmauit. Interea Petruſma ria relictis partibus Abduæ domū rediit: Conflatoq; ad modū paruo exercitu ī tāto rex amphractu: Caſtella & oppida illa: q̄ Othonis tertii tirānide ablata fuerant: expugnauit: cepitq;: Et ſuo generi accerrime reliquit. Nec pugnæ pepercit quoad me- diū Appénini ī ſuá redegiſſet poteſtaté: Firmatiſq; præſidio lo cis ad partes īferiores contédit: Vbi acri īgenio Turiſclaræ ca- ſtelli fortiſſimi: feraciſſimiq; fundaméta iecit: Quod poſtea mi ro opere perfecit: conſumauitq;. Interim Fráciſcus Sfortia: ful gur belli: Dux & princeps: per Eugeniū pontificé Romanū pi- ceno: (Quod ſibi armis uēdicauerat) Spoliatus ī agro Bononi enſi oī fere ſpe deſtitutus cū ſuo pallāte exercitu ſedebat: Omīs uia ad Cremoná uxoris ſuæ Bláchæ Philippi filiæ dotalitiū īuia erat. Parméſes uiri Martiales ſtationibus circa muros & portas diſpoſitis maximo timori erāt: Et dux Eſtéſis factionibus par- menſiū adiutus: ſuaſuſq; ī ciuitaté mété & oculos coniecerat: In certus Franciſcus fortunæ ad Petrūmariá ſocietaté & cōmeatū rogatū miſit: Huius mente explorata: nec aliter percuſſo fœde re fidei ſuæ primogenita ſua Galeatiū & Hippolitá poſtea du- ces īſubrū & calabrū credidit: Ipſe uero pedetētim cū pauco ex- ercitu ad Caſtellū ſancti Secundi Petrimariæ (Quod inter Par- má & Cremoná media fere uia poſitū eſt) maturauit (Memini īpſe natus annos quattuor circiter: Dū ad mœnia tranſiret no- ſtra Franciſcus Sfortia: omni genere comitiorū a noſtris militi- bus dilaceratū) Ibiq; cū filiis relictū milité ſtatiuatū reliquit: De inde Cremoná ſe recepit: Vbi reſculas ſuas īgenio: arte: & aſtu componebat. Interea Metropolis graue ſentiens ī Placētia ru- gentis leonis cubile ciuitaté adoriendá bello ſtatuit: Et coacto Senatu ī Edé Ambroſianá tante mollis imperatoré deſſignatū Franciſcū Sfortiam nuntiat: Qui accepto ere: & conflato exer- citu: terra & pado milité ad muros admouit. Tuebantur autem

Eugenius pont.
fráciſcūſpo liat piceno
Cremona
Bláchema-riæ duciſſæ dotalitiū
Parmenſes martiales
galeatius& Hyppolitá
Sáctus ſecū dus oppidū
mediolanū
Frá. ſfortia mediolané. īpator deſi-gnatur

Placentiā Veneto noīe Tadeus Marchio Estensis: & Iacobus pius de carpo: Hunc uarietate fortunæ montis Silicis oppidi Patauini accola. Hunc rogauit Franciscus Sfortia ut ad singulare certamen descenderet: Qui ītrepide pugnā ausus: iubente consule Veneto prohibitus est. Dū hæc aguntur parmēses duce Petromaria ad oppugnandū expugnādūq; Guardasonū Ottonis tertii castellū: Vrbi semp infensum se accingunt: Quod ui cepit spoliauitq;: Brixilienses domuit: Ingenio & arte egit: Vt nobile castellū in facultatē familiæ corigiēsis deueniret: Reliquaq; oppida minus parentia ciuitati subiecit: Et Nucetū Vitalensiū castellū subegit. Ex hac tā acri expugnatione dictus est Petrusmaria libertatis auctor conseruatorq;. Inter hæc Frācisco Sfortia apud Placentiā bella gerēti uisum est negotiū arduū: Nam urbs munita erat miles armatus: & oīa ad bellū disposita: Et quod uiribus superare non potuit: id īgenio effecit. Petrimariā factionis Placentinæ potentē defectionis tractandæ cā ad se accersit. Qui i rē tā calide & uafre egit: q̄ ex primatibus in mentē Francisci Sfortiæ multos pellexit. Hoc confecto datur signum belli Custos portæ sancti Lazari auro corruptus militē Classiariū recepit. Oēs repētini clamoris Viperei terrore perculsi in fugam se uertūt: Tergo miles Scæuus īstat: Ciuitas uires remisit Marte aduerso superāte: Clamatur: uagatur: discurritur: Et quid agatur nescitur: Sfortiani p aliā portā irruunt: Pedites muros scādunt: Capitur urbs & dirripitur: Ingentis prædæ & omniū rerum copia inuenta est: Tēpla uiolata: Vestales corruptæ: Virgines raptæ: ingenuorū corpora pro arbitratu capta sunt: Ensis p furore & insania uictoris late uagatus ē: Miles Venetus captus: spoliatus: & ī uincula detrusus est. Triduo ī urbe oī flagitiorum genere scæuitum est. Non Saguntum: non Cartago: non Illiū Scæuiora passa sunt. Eodem tempore nuntiatum est Bartholomeū Coleonē Sabaudiēsē fugasse strauisseq;: In ea pugna supra tria milia hostium desiderata sunt: Quadraginta ingenuorū corpora fortia in potestatē Alexandrinorū deuenere quæ ferarum more mactata sunt: Hiis Cladibus elata Metropolis exercitum auxit: Et Carauagium magni momenti Castellum Venetum comitante Petro maria misit: Vtrinq; pugnatum est: Sed uenetus ommisso militari ordine uictoriam hosti tribuit: Supra undecī

tadeus marchio esten. Iacobus pius de carpo

Guardasonum oppugnatur

Petrusma libtatis auctor parmē

Factio placentina

Placētia capta & direpta

Saguntū Cartago Sabaudiēses fugati

Carauagiū castellū

milia equoꝝ capta sunt: Ex uiris (mirabile dictu) interemptus est nemo. Hoc facto Brixiã Vrbem maturatũ est. Venetus necessitati tẽpoꝝ consulens Franciscũ Sfortiã nouo percusso foedere in suã pellexit amiciciã: Iacobo Antonio Macello suæ ætatis hoĩe pene diuino diserente. Data receptaq; in hoc quod petebatur fide Franciscus Sfortia uersus Mediolanũ hostiliter educit. Venetus ære & Milite ipsũ fouit adiuuitq;. Iacobus Picininus a Francisco desciuit & sub metropoli meruit. Frãciscus breue tẽpus reꝝ gerundaꝝ ratus militẽ uenetũ Ioãnẽ de comitibus & Gentilem Romãos & Ioannẽ della nuce: Vnaa cũ Alexãdro Sfortia fratre dessignauit: Qui Petromariæ ad occupandã rem Parmẽsẽ fauori essent: Qui Massanissã fide & ĩtegritate superauit aut equauit: Metropoli relicta Francisco Sfortiæ expositum tribuit. In rẽ clanculum agi ceptum ẽ. Parmenses territi Carolũ de cãpo Basse suo exercitui ducẽ præficiũt: & uiros trãsmiserũt Qui cũ Petromaria de deditione uerbulũ facerẽt: Quod cũ accepisset iniquũ ratus hoc archanũ Alexãdrũ Sfortiã latere: oĩa libero loqutu aperuit. Placuit Alexandro armato milite ciuitatẽ ingredi: Et pro arbitratu conditiones potius necessarias q̃ honestas dare. Exasperati Parmẽses (Vt sunt naturæ ĩdignãtis) pedẽ ab ĩstituto retraxerũt. Omnia utrinq; ad Bellũ disponũtur. Parmẽsibus fauori erãt finitimi potentatus: Francisco Sfortiae minime fidendũ libera oratione ĩ ciuitate pronũtiabatur. Quo intellecto tollendas esse moras Petromariae uisum est: Qui centurionẽ Parmẽsẽ ĩ suã traxit sententiã & aliquos delectos ciues: Quibus hoc muneris datũ est Vt portã ciuitatis (cui nomẽ ẽ sãctus Barnabas) occuparent: Cetera uero armis adorirentur muris ipso instante. Hiis itaq; compositis noctu Parmã uersus exercitum educit: Leuis armaturæ militẽ premisit qui custodes leniter excitaret: Hii accepto signo tanto cum impetu prodiere: ꝙ catharacta demissa esset & sic hũo firmata ꝙ illis egredi nec istis ĩgredi facultas fuerit: hoc precepto nocturne excubie: quae ciuitatem circuibant: lustrabantq; ad arma acclamauere: Carolus illico Phalangẽ instruit: oĩa munit: Ad portam se recipit: Eã trabe ferata aperit: Nocentes uinctos capit extrahitq; quos triumuir cruci affixit: Qui ad defectionẽ ciuitatis instructi erãt armis & aĩs remissi in domum se receperũt: Miles Sfortianus praede

Venetorũ caliditas

Foedus cũ uenetis auctore Iacoboantonio marcello

Iacobus picinius a frãcisco d̃scit

Ioãnes d̃ comitibus

Alexander sforcia

Masinissa

Carolus de cãpo basse

Parmenses ĩdignabũdi

Centurio parmensis

Porta sãcti Barnabe

Catharacta demissa est

Clamatum ad arma

auidius effusus discurrebat: Tanta eniuero erat Coeni & aquarum ĩundatio ꝗ uix equitatu & minus peditatu iri poterat: Dies natalis Antonii abatis agebatur. Annus humanati iouis erat. Mcccxlviii. Qui suburbiũ incolebát ad arma prosiliere: Et carolus Prima lucis rota diem lustrante milité educit. Petrusmaria de sũma rerum metués accepto uulnere receptui ut potuit canere iussit Et sensum Filinũ castellũ suum non ignobile se recepit quod ab urbe octo millibus passuum distat: Parmenses fugato hoste mirũ ĩmodum elati per internuntiũ Iacobum Picininum qui floré tiolae sedebat & apud qué rerum placentinarum cura erat clam monent reipu. Parmensis mentis esse Petrummariá cum suo exercitu adoriri uelle: Et oĩa uorante uulcano solo equare: Tépus rogant: Orantq; ut intanto rerum pondere opem ferat. Conuenere & firmato rerum ordĩe carolus noctu urbe eggreditur: & Iacobus Picininus accepto dellectu ad colegiũ Vulgatori uocabulo Colliculum (Quod a Filino tribus millibus passuũ distat) se firmat. Excubiae pedetentim ad Petrũmariam maturát. nec mora: tripartito exercitu obuiá progreditur. Primũ cornu ipse: Secundũ Alexander Pisauri Sfortia: Tertiũ Ioánes de comitibus ductitabat. Asperior pugna contra Iacobum Picininũ fuit: Qué in fugá uertit Petrusmaria. Captis & Caesis apud Carignanũ oppidum Filini aliis exercitibus Parméses aĩo consternati caduceatores deditionis tractandae (Qui saluté urbi implorent ad Petrummariá mittunt: Hos quum comiter & humaniter suscepisset ad Franciscum Sfortiá remisit: qui dextera prehensos Benigneq; alloqutos muneribus & conditionibus táto heroe & ciuitate honorificétissimis honustos ouátesq; domum remisit: Ratus longe melius regni principia liberalitate q̃ Auaritia neq; tiránide firmare. Exacto decimooctauo mense a tempore ĩchoate legis publice. munere Petrimarie urbe Parma potitus ẽ Franciscus: Quae si ad alios deffecisse potentatus numq̃ liguriae dominatus fuisset Sfortia: Donata legibus uipereis ciuitate & praesidio firmata Aliud eggregiũ facinus adortus est Petrusmaria: Placentiá Metropolis ciuitatem sublata morula celere & repẽtino aduentu turbauit: Et intereundum marte digna non nulla apud Florentiolam Castellum Placentinum gessit. Ciuitas accepte cladis memor haud martem experiri uoluit: Sed sese libere

Aquarum inundatio
Antonii abbatis festũ
Petrusma. uulneratur
Filinũ oppidum
Excubiae ad Petrũma. ꝺ aduẽtu hostium
Tripartitus exercitus
Pugna ɔtra Iacobũpici.
Caduceatores deditionis remissi
Tẽpus libertatis parmẽ
Fráci. sfortia urbe potit' parma
Placẽtia sublata
Florẽtiola

dedidit. Dum haec geruntur anno percussi foederis inter Venetos & Franciscum Sfortiã exacto: qué fauori suo miserat milité reuocauit uenetus: Et uno tépore utriq senatui hostis Franciscus Sfortia declaratus est qui rerum omnium inopia laborabat: cum inedia & egestate pugnabat: cruciabatur: Angebatur: Affligebatur: & angustiabatur ciuitates capte deffectiõe laborabãt: Hinc Metropolis exercitu Fráciscum premebat: angebat detrudebatq: miles mercenarius stimulabat: æris penuria frangebat classis ueneta rostrata plena uelo ad portum cremonésem aduecta tanto impetu adorta est ut de ciuitate actum creditum sit: Petrusmaria uulnere in crure accepto minime exterritus tam uiriliter fortiterq tutatus est. Vt re cogente eam uenetus abduxerit: Eridano & terra comprhensis negociatoribus edicta moris est siquid Francisco cõmeatus attulisset. Ad illud desperationis & inediae uentũ est: q arundines siluestres & aridae equorum pabulum erát. Locustæ & herbulae apud hoíes celestis panis habebátur: Omne l~~atum~~ a Francisco se auerterat: Sola res Florentina cum Petromaria Francisco fauebant: Quem si fata ab incepto reuocassét de familia rubeorum parmensiũ perpetuo actũ fuisset. Metropolis in uota diuisa oratore ueneto cruditer trucidato Franciscũ Sfortiã in Ducé acclamauit: Salutauit: & Vrbe ouanter excepit. Rebus compositis confinium diuidendorum inter uenetum & Franciscum disceptatũ est. Venetus Cremonensé Agrum incursionibus infestabat: Rapinis & Belli tumultibus oía quatiebat. Dux uipereus Vrbé Brixianã secũdo Bello & longe cruentiori adortus é. Venetus quo ducis uires frangeret Gibertum de corrigio Virum militiae certissimũ cum ualido exercitu ad turbandã occupandãq rem parmensem immisit: Ad quã conseruandam protegendãq dati sũt Petrusmaria Bosius Sfortia Attendulus Antonius Trottus Alexandrinus: Vbi pugnatũ est nũq: Sed incursionibus praeda & incendio foedata sũt oía Reddita pace utriq partiũ opa cuiusdã fřis Simoneti heremitarũ preconis exactissimi. Petrusmaria satis sibi glorie uídicatũ arbitratus: q cõtra italos potétatus ínixus urbé Frácisco Sfortiae ad extrema deducto dedisset Ab hiis martialibus relictis cohortibus filiis se abdicauit: & rei domesticæ operã ínauauit. Filium

Venetꝰ milites suos reuocat
Frácis. oíbꝰ fere hostis
Arũdines equorum pabulum
Locustæ & herbæ comeduntur
Orator uenetus trucidatus
Fráci. sfor. dux factus é
Lis de confinibus
Brixia bello ifestať
Gibertus đ Corigio
Qui parmã tuerenť
Frater Simonetus

Latinus

Bernardũ ad Cremoné. paulo poſt ad Nouarié. Præſulatũ aſci
uit. Leonorá filiam Bartholomeo Scotto Placentino & Donel
lá Giberto Vitalen. Parméſi comitibus deſponſauit: Et ad con⸗
ſeruandá rem parméſé omne ſtudiũ & operá adhibuit Archite
cturæ Qua lucullũ ſupauit ſoluédæ uitæ grã ſtuduit. Super uno
colle aprico feraciſſimoq; ab Apénino mille paſſibus diſtermía
to(Qué ícole antiqores Turrim clará uocitauere) eiuſdé nomi
nis Caſtellũ mirabilis ſtructuræ condidit: ædificauit: Conſtru⸗
xitq;. Vallis íter utrũq; ſita tantæ amoenitatis fertur ut(Nec in
iuria ueteꝝ campus eliſius uocari poſſit: Cerere & Phalerno po
mo & Nuce ipſá Trinacriam aut ſuperat aut æquat E Regione(
Quæ orienté reſpicit) mille & qngentoꝝ paſſuũ planities é ui⸗
netis & frutetis optíe diſpoſita: Quæ uſq; ad Radices fluuii rapi
diſſimi(cui nomé parma) prorogatur. Inter fluuiũ & pedes col
lis Phanũ genitricis humanati Iouis grãdi impenſa conditũ Bo
nifq; dotatũ. & forus é & hoſpitia non uulgaria: In ígreſſu primi
aſcéſus fons irriguus: Porta turre & Atrio munita: Lacus piſca⸗
torius manu & induſtria confectus: Ab hac uſq; ad aliá portá du
cétoꝝ paſſuũ uia eſt duplici muro & agere contexta & pomerio
honeſtata: Ex hac ad aliá portá pons foſſa & iuſticiæ locus: Hic
í caſtellũ ígreſſus é ubi accolaꝝ hitatio Laurétii fanũ Stabulato
riũ fons puteus & ciſterna ígés: Hic ad aliá portá ſpatiũ qnqua
ginta paſſuũ altiore aliqtulũ aſcenſu muro hincide lapideo & al
to munitũ. Ibi cuſtodie armate locus Atriũ ortus planities & po
meriũ Balnea & Thalami utriq; tépori accomodati. Alia porta
é ponte & foſſa profũda que ad arcé ducit aſcéſu aſperiore: Via
eſt Triplici muro firmata: q í ſeptimá deſinit portá: ibi marmo⸗
reus auctoris colloſſus & epitoma: Ex hac itur ad arculá quattu⸗
or turribus marmoreis uallatá: í qua phanũ diui Nicomedis pu
teus altus ciſterna miro lapide contexta Atriũ Regiũ thalamus
auro linitus in quo auctoris geſta & amores ſignãtur extra Tha
lamũ ſpecula é ex qua oís æmilia & Liguria ſpeculãtur: Circum
quaq; porticus & deambulatoria: Pomeria & orti mire conſiti:
Aer nimium diſpoſitus & Balnea oí morbo accomodata: Opus
triginta annoꝝ Vt auctoris ſcripta teſtantur Quæ in ſũmo por
tæ arcis leguntur: Finem haud fœlicem habuit: Mulieri Metro
politanæ quam ſũmopere deperibat) aliud condidit Caſtellum

Petruſma⸗
ria Rubeus
paci & quie
ti ſtudés
Bernardus
Rube. epũs
Bartolome
us Scottus
Gibertus ui
talen.
Petruſma⸗
ria archite⸗
cture ſtudio
ſus
Turrisclare
Oppidũ &
mons
Planities
Parma flu.
Fõs iriguus
Lacus piſca
torius
Porta ſecũ
da
Alia porta
Via triplici
Muro fir⸗
mata
Quattuor
turres arcis
Aureus tha
lamus

Turris cla⸗
ra opus .xx
x. ãnorũ

Rochablā-
cha eridāus
Mortuus ē
Frācifcus
Sfortia
Petrufma-
ria a paulo
papa uoca-
tus
Galeacii du
cis res
Petrufmar.
litteraꝝ ftu
diofus
Petrimarie
uirtutes
Petrufmar.
diuo Galea
cio duci ca-
rus.
Grauiter &
fapiēter di-
cta ac rīfa.
Petrimarie
conftātia in
morte filii.
Licere hoi
femel īfani
re
Acute dicta

Ioānes ādr
as lāpogna
nus cūfotiif

quod mulieris nomine Rochāblanchā appellauit diftans ab eri dano mille quīgētis paffibus oī generi uoluptatis accomodatif-fimū: Triplici muro & foffa aquatica firmauit: Populo martiali auxit: Phano ornauit: Atrio optīe difpofito honeftauit: Et reli-quū imperii fui prudenter difpofuit: Ex hac luce fublato Frācifco sfortia duce imperio a Paulo fecūdo Romāo pontifice ad Impe ratorium militare culmen euocatus ē: quod & renuit: Nam fu-fpicabatur ne Bartholomeus colleo Venete legionis imperator in æmiliā defcenderet Maluit enimuero Viperei ducis Galeatii res minore q̄ aliēa maiore principatu gubernare: Paci & quieti pro fua uirili ftuduit: Tirannidi pepercit: Vnis litteris uacauit: Rythmica plurimum ualuit. Mufica & arifmetica doctiffimus extitit: Idiomate Hyfpano & gallo Hyfpaniffimus & Gallociffi mus fuit. Temploꝝ conditor inftaurator & reparator accuratif fimus: Religionis obferuātiffimus: Iufticiæ Zelator: Virtutis cul tor: pulcher: formofus: & comis fuit: Eutrapellus non fine gra-uitate: Grauis non fine facilitate: Modeftus: Pius: & liberalis: promptus elloquio: & conftantis aī fuit. Galeatio principi Ni-hilominus q̄ francifco patri carus acceptufq; fuit. fpeculatū o-pus celebre quidam orator eggregius quū fe conceffiffet: Lau-defq; diuini ingenii longa & terfa oratione corā ediferere ince-piffet: Tace inquit: Nam uidiffe fat eft: Nam defuncto parētare decet. Cū ex Roma allatæ effēt litteræ triftem nuntiū feralis exi tii filii præfulis ferentes haud cōmotus ē: Sed conuerfus ad aftā tes inquit: Filius meus mutuū reddidit. Dictū fuit ei ut poft inte ritū Antoniæ uxoris aliā fupduceret: Refpondit Semel infanire haud uitio datur. Dānauit eū quidā mordaxq; odoramētis utere tur: Inquit: eis utor ut ueruecis fetores extinguā. interrogatus lu d[illegible]io quare ætate fenili confectus uefte breuiffima uteretur: Inqu[illegible]: Nihil apud me turpe ē quod tegam. Dānauit eum quidā comeftor q; frugi cenam paraffet pincerna: ait: Ratus ē hoīem non fuem alere. Interea quū Galeatius dux ioui humanato uota perfoluere ftatuiffet ingēti armatoꝝ multitudine & populi fre-quētia concomitaretur in ipfo limīe phani prothomartiris fte phani (cuius natale celebrabatur) Tres offendit fuæ necis con-fpiratores Andreā Lampagnanū Hyeronimum Olzatum. Et

Carolum uicecomitē. Vbi primū pede limen phāi percussit Ioā nes andreas arrepto stillo uno uulnere letali inguina transfixit: Orto tumultu timor ita omnes oppressit. Vt neq; fugā arripe re neq; uulnerato duci opem ferre: Neq; uocem edere auderēt: Complices qui ducem postergabāt eductis gladiis corpus quatuor de decē uulneribus confossū mortuū reliquerūt. Postridie necis auctores publica poena aīaduersi sunt summa rerū (Vt par uisum est) ad bonā ducem uxorē delata est. Nam filius ī tenella ætate agebat. Tris omīs fidentiæ uiros ad conseruandā tam grā dē molem prouida dux dellegit: Petrūmariā: Cichum calabrū: & Orpheum etruscum. Pectora inuidorū inuasit auaritiæ uirus & dominādi ceca libido. Cichus uir laboris & fidei criminis insi mulatus in carcere detruditur & capite fidelis & constans truncatur. Orpheus munere Laurentii medices uita donatur. Bona dux infamiæ accusatur Dannaturq;: Administratione rerū priuatur & bonis spoliatur & ī seruitutē redigitur. Petromarie sfortiadū facile fundatori bella parantur: & ciuis Rubeus (Quē pau Ioāte Sfortiāæ tutādæ factionis cruci triūuir affixerat) Impie ca pitur uicitur & ī carcere detruditur: oīq; facultate priuatur: con sule sfortia secūdo extra matrimoniū nato. Heu tēpora hæc infoelicia non nisi auaritiā īmanitatē & Tiranidē sapiētia. Romāi patres (Quorū īstitutis exēplis & doctrina uiri uiuimus) epirotarū regē īfestis signis urbi apropīquātē litteris admonuere ut sibi a ueneno caueret. Et Arbaces assiriorū rex Belesū de se bene meritum capitis dānatum liberauit: Asserens longe maiora esse benefitia q̄ acceptas iniurias. Et Pompeius inimicissimū Regem ī regnū restituit. Et Nero efferus inimicū regno condonatū remisit. Et Philippus Dux īsubrū triūphātissimus Alphōsum Regē īfensū Bello Ianuensi maritimo superatū captū & Vinctū grādi īpēsa honorificētissime ī Regnū remisit: O uiros pene diuīos Bene natos & optīe educatos: Quorū bonis moribus & uitæ optīe īstitute debēt orbis & cælū: Belli gerundi datū est illud mūeris cōstātio Sfortiæ Pisauri: q castellū Sācti secūdi olī recep tui & Asyllo militi Sfortiāo æmiliā ꝓficiscēti datū oppugnaret expugnaretq;: haud territus Petrusmaria milite expedito uirtutis suæ mēor ītrepide ī aptū prodiit: Et Prīo congressu ex Sfortianis capte sūt due cohortes quibus preerat Ioānes frācīscus pa

Galeacius Sfortia dux īterfectus

Coniurati morttui

Petrusma. Cichus Orpheus

Orpheus uita dōatus

Ducissa īfamia denigrata

Tpa scæua

Arbaces assiriorū rex

Pompeius

Nero

Philippus dux

alphonsus

Constātius Sfortia

Sāctus secūdus

Due cohortes capte ex Sfortianis

lauicinus Nicolai filius: qui post datā astrictāq; dexterā uictori: fide uiolata fugitauit. [redacted]: Ob cuius disciplinæ militaris peculiaré uirtuté fideiq; constátiá apud Venetū magnus & clarus habitus est. Pría patriciatusq; ordine atq; decé pondo auri pፆpetuo donatus é: Quod Guidoni filio eius successori ístituto ac cumulatissime reliquit: Vt aureæ Bullæ uenetæ fœdere pcussū & scriptum legitur: Fugatoq; hoste legiones superuenere: Et nisi atra mors corpus resoluisset nunq̄ uictor fuisset Sfortianus:

Petrimarie rubei mors

Anno primo íchoati Belli febriens ex sancto Secundo Turrim claram delatus est: Vbi ānos natus. LXIX. & dies duodecim efflauit: Curréte āno iouis nostri humanati. MCCCCLXXXII.

Fedricus urbías morit[ur] Robertus malatesta moritur

Quo tempore Federicū Vrbinaté ducé: & Robertū Malatestā callidissimos imperatores: Vnū Ferrariæ: & alterū Romæ expiratos legimus.

Finis